

**Deus scit quicquid scivit.**

**Two sophismata from Vat. lat. 7678 and a reference to Nominales.**

*Sten Ebbesen*

It has been known for a long time that ms Vat. lat. 7678 (first half of 13th c.) contains references to nominalists. Those that others had already detected are included in a forthcoming paper by Y. Iwakuma and myself, 'Logico-theological Schools from the Second Half of the Twelfth Century. A List of Sources', *Vivarium* 30 (1992). It was only after that paper went to press that I started a closer examination of the collection of sophismata contained on ff. 1-72v of the Vatican ms. and discovered another reference to *nominales* in the first of the collection's two discussions of 'Deus scivit quicquid scit'. I call the two sophismata "Sophisma 10" and "Sophisma 38".

In itself the new mention (in Sophisma 10) of nominalists does not add to our knowledge, since it is just a repetition of their well-attested tenet 'quicquid semel est verum semper est verum', which is discussed in several contributions to *Vivarium* 30 (1992), including my own paper 'What one must have an opinion about'. The value of the new testimony is that it occurs in a work that seems (a) to be closely linked to the teaching of arts though the topic is a sensitive theological issue, (b) to have been composed while there were still living nominalists around - at least they are referred to in the present tense "ipsi dicunt".

As for feature (a), discussions of theological issues are rare in 13th-century sophismata, and the mixture of an arts faculty form (sophisma) with a (partly) theological subject-matter might seem to point towards the 12th century, but in this particular case it has little worth for chronology since 'Deus scit quicquid scivit' also occurs in other 13th-century collections of sophismata - Richard (Magister Abstractionum) and Hervaeus<sup>1</sup> both have it in their *Abstractiones*, Peter of Spain treats of it in his *Syn-categoreumata*<sup>2</sup> too. The beginning of a longish version from, perhaps, the third quarter of the 13th century is preserved in ms München BSB

1. Sophisma 33 in A. de Libera, 'Les Abstractiones d'Hervé le sophiste', *AHDLMA* 52 (1985): 163-230.

2. Ed. L.M. de Rijk, Brill: Leiden 1992, at 9.21-23.

clm 14522.<sup>1</sup> Finally, a sophisma from the last fourth of the century, preserved in ms Falconara Marittima 11,<sup>2</sup> ff. 210rA-213vA, carries the same title, though there is no actual discussion of the sophismatic proposition, a distantly related question 'Utrum praecognitiones sint tantum duae' getting all the attention.

Feature (b) makes one wish to date Sophisma 10 to the twelfth century, but its inclusion in a collection of sophismata by "famous French and English masters" (see below) points to some time well into the 13th century, when the university was fully organized, and so does the well-developed structure of the sophisma, with a *respondens* trying to solve problems and ward off attacks before the master's solution is presented. The respondent is also mentioned in several of the other sophismata on ff. 1-72v of Vat. lat. 7678.<sup>3</sup> At present I will only cautiously conclude that the sophisma is probably from the first half of the 13th century.

Sophisma 38 is of the type consisting of (a) an initial section providing proof, disproof and solution; (b) a number of questions (*problemata*), in this case three in all, viz. 1) de veritate et falsitate, 2) de improbatione, 3) u. in improbatione sit fallacia figurae dictionis ex commutatione unius praedicamenti in aliud. There are no signs of a real debate between a respondent and others. Reasons pro and con are adduced for each of the three problems, and then, in good order, answers are given to each problem and such of the arguments as require to be solved. My best guess is that Sophisma 38 is from the second quarter of the 13th century.

The collection of sophismata on ff. 1-72v of Vat. lat. 7678 lacks a clear structure and may be a simple juxtaposition of several originally

---

1. Clm 14522: 31rB: DEUS SCIT QUICQUID SCIVIT.

Probatio. Deus scit omnia, et nihil oblitus est eorum quae scivit, ergo prima vera.

Contra. Deus scit quicquid scivit, sed scivit te fore nasciturum, ergo tu es nasciturus; haec est falsa, ergo prima.

Circa hoc sophisma quattuor quaeruntur:

Primum est de veritate et falsitate.

Secundum est de improbatione, utrum est ibi fallacia figurae dictionis.

Tertium est de veritate istarum orationum 'Deus scivit te fore nasciturum' <et '\*\*\*'>.

Quartum est de quantitate istarum propositionum 'Deus est' 'Deus scit omnia'.

Circa primum sic proceditur, et ostenditur quod prima sit vera pluribus rationibus, quarum prima talis est: Quaedam est substantia <\*\*\*>

2. Cf. J. Pinborg in *Vivarium* 13 (1975) 124.

3. Thus 4vA "Circa primum procedebat respondens dicens quod"; 7ra "Circa primum obiebat et dicebat respondens quod"; 13vA "Dicebat autem respondens quod prima erat vera"; 24rB "Propter hoc dicebat respondens quod prima est vera"; 55vB: "Ad hoc dicebat respondens quod"; 65vB: "Ad hoc dicebat respondens"; 66rA: "Et propter hoc respondebat(?) aliter respondens dicens quod prima est falsa."

independent pieces. Braakhuis<sup>1</sup> and De Rijk<sup>2</sup>, with some support both in the contents and in the lay-out, propose to divide it into (1) 1-57 *Sophismata*, (2) 57-60v *Syncategoremata*, (3) 61-72v *Sophismata*. On top of f.1r one reads "Incipiunt sophismata determinata a maioribus magistris Parisius tam gallicis quam anglicis." This clearly introduces an anthology, only it is unclear whether only item (1) or all of (1) - (3) belong to the same anthology. I am inclined to believe all three parts belong to the anthology, and that what Braakhuis' division shows is places at which the anthologist switches from one source to another; there may be more such places.

The following sophismata are treated twice or more times:

Deus scit quicquid scivit: 15rA-16rA, 40rA-vB.

Impossibile potest esse verum: 39rB-40rA, 65vB-67vB.

Socrates desinit esse non desinendo esse: 17rA-18rA, 57rB-vA, 59rA-60vA, 63vA-65rA.

Socrates bis vidit omnem hominem praeter Platonem: 42vA-43rA, 68vB-70rA

Tu scis an de mentiente sit falsum Socratem esse illum: 33vA-34rA, 34rA-34vA. (The first sophisma is acephalous, and just might be a displaced part -the end, then- of the second, but this requires further study).

Tu scis causam qua non es homo: 44vA-45rA, 70rA-71rA.

For a complete, alphabetical list of sophismata see the appendix at the end of this paper.<sup>3</sup>

Below I print the two versions of 'Deus scit quicquid scivit'. The text of Sophisma 10 is horribly corrupt. I have performed an unusual amount of conjectural emendation and yet several passages refuse to make sense.

The orthography, punctuation, and paragraphing are the editor's.

- 
1. H.A.G. Braakhuis, *De 13de eeuwse tractaten over syncategorematische termen*, Leiden 1979, I: 420-422, note 61.
  2. L.M. de Rijk, *Some Earlier Parisian Tracts on Distinctiones Sophismatum*, *Artistarium* 7, Ingenium: Nijmegen 1988, at pp. xxii-xxiii.
  3. A first attempt to list the sophismata was done by M. Grabmann in 'Die Sophismataliteratur des 12. und 13. Jahrhunderts', *BGPTMA* 36.1 (1940-41), at pp. 34-37. A considerable number of corrections are found in Braakhuis op. cit., l.c.

**Sigla**

<b>V</b>	Codex Vaticanus latinus 7678
[album]	album <i>delendum censeo</i>
[[album]]	album <i>deletum habet codex</i>
<album>	album, <i>quod numquam in codice fuit, addendum censeo</i>
\album/	album <i>secundario (inter lineas vel in mg.) inseruit scriba</i>
<***>	<i>lacuna a me statuta</i>
+album ac <sup>+</sup>	<i>verba album ac corrupta esse puto</i>
...	<i>vox quam vel litterae quas legere nequivi</i>
alb()	<i>quae litterae post alb scribendae sint propter compendium non liquet</i>
hoc] vel haec V	<i>utrum hoc, quod in textu scripsi, an haec praebeat codex V dubitare licet</i>

Quaeritur de hoc sophismate

V 15rB

<10> DEUS SCIT QUICQUID SCIVIT

Probatio. Deus scivit omnia, et non est aliqua transmutatio facta in ipso, ergo Deus scit quicquid scivit.

Contra. Deus scit etc., sed [[non]] scivit te <fore> nasciturum, sed quicquid scitur est verum, ergo te fore nasciturum est verum, ergo tu es nasciturus.

Ad hoc *dicebat* quod prima erat vera, et non valet improbatio, hac ratione: scientia alio modo est in prima causa et alio modo in homine, quia scientia quae est in homine causatur a rebus. Propter hoc ergo<sup>1</sup> quod triangulus habet tres angulos, propter hoc scio habere tres, et si non est verum quod triangulus habeat tres, propter hoc [quod] [[scientia]] <non> scio ipsum habere tres, et hoc<sup>2</sup> est quia scientia causatur a rebus, et non causat res. E converso est de scientia Dei: scientia Dei est causa rerum, et res non sunt causae scientiae Dei. Ergo sicut in scientia hominis non sequebatur<sup>3</sup> quod si res sint quod scientia earum est, sed bene poterant esse res non existente scientia hominis, cum scientia Dei comparetur <ad res> sicut res comparantur ad scientiam hominis -nam<sup>4</sup> sicut res sunt causa scientiae hominis, ita scientia Dei est causa rerum-, ergo sicut res poterant esse sine scientia hominis neque ponebant scientiam hominis esse, eodem modo bene poterit scientia Dei esse sine rebus, nec ponit res esse. Et ita haec est vera 'Deus scit quicquid scivit', nam scientia Dei non permutatur.<sup>5</sup>

Sed [e]contra.<sup>6</sup> +causatur haec sicut dicitur quod<sup>7+</sup> est scientia sicut dictum est, quaedam enim est quae causatur a rebus et quaedam quae causat res. Verbi gratia, scientia qu<oni>am triangulus habet tres causatur a rebus, sed scientia quae est <in> artifice faciendi<sup>8</sup> domum non causatur a domo, sed domus causatur ab ipsa. Et eodem modo est de scientia divina<sup>9</sup> sicut de scientia artificis; cum non possum dicere quod artifex sciat domum esse domo non existente, manifestum est quod eodem modo non potero dicere quod Deus sciat res esse [a] rebus non existentibus. Et ita redit quod prima sit falsa. Et quod artifex non sciat domum

1. ergo] *lectio incerta V.*

2. hoc] haec *V.*

3. sicut ... sequebatur] *sortes ... loquebatur V.*

4. nam] non *V.*

5. permutatur] *permutetur V.*

6. econtra] *lectio incerta, fort. ecent() V.*

7. dicitur quod] *duplex est vel sim. scribendum esse videtur.*

8. faciendi] *sumendi V.*

9. divina] *di(visibi)li V, ut videtur.*

esse domo non existente <patet quia \*\*\*>, ergo non scit domum esse, sed habet in se scientiam per quam domus potest +aequari<sup>1+</sup> in esse.

Occasione huius quaeritur<sup>a</sup> utrum hoc argumentum sit bonum, 'Deus scit hoc<sup>2</sup> et non sci<e>t hoc<sup>3</sup>, ergo transmutatio<sup>4</sup> est in ipso'.

Et patet per simile quod sit bonum: nam<sup>5</sup> bene sequitur 'Socrates scit hoc<sup>6</sup>, et non sciet, ergo aliqua transmutatio<sup>7</sup> erit in ipso'. Ergo eodem modo videtur sequi 'Deus scit hoc<sup>8</sup> et non<sup>9</sup> sci<e>t, ergo aliqua transmutatio<sup>10</sup> erit in ipso'.

Quod nihil valeat hoc argumentum probatio. Sit<sup>11</sup> quod Sol de natura sua /V 15vA/ semper habet illuminare. Unde si modo illuminet hanc domum et postea non illuminet (ponatur quod aliquod velamen sit supra domum), hoc modo non valet hoc argumentum 'Sol illuminat hanc domum modo, non <autem postea>, ergo aliqua +similitudo+ est in sole', quia non aliqua permutatio a parte solis, sed illa permutatio venit ab aliquo imposito extra, et non provenit a sole. Ergo eodem modo, cum ita sit quod sive res sint sive non sint nulla transmutatio<sup>12</sup> est in<sup>13</sup> Deo, quantum est a parte ipsius non est aliqua permutatio in ipso ex permutatione <rerum>, ergo non sequitur<sup>14</sup> 'scivit hoc<sup>15</sup> et modo non scit, ergo<sup>16</sup> aliqua permutatio est in ipso'.

Postea *dicebat respondens* quod non valet hoc argumentum 'Deus scit quicquid scivit, sed scivit te fore nasciturum, ergo scit etc.', sed debet sic

---

1. aequari] **an ex** aedificari **ortum?**

2. hoc] haec V.

3. hoc] **vel** haec V.

4. transmutatio] trans. V.

5. nam] non V.

6. hoc] **fortasse** haec V.

7. transmutatio] transumptio V.

8. hoc] haec V.

9. et non] cum V.

10. transmutatio] trans. V.

11. sit] sic V.

12. transmutatio] trans. V.

13. in] a V.

14. sequitur] similiter V.

15. hoc] haec V.

16. ergo] quia V.

---

a. Eadem forma dicendi usus est auctor sophismatis 'Infinita sunt finita', Vat. lat. 7678: 11vA "Occasione huius quaeritur quare non sunt dictiones distributivae istae dictiones 'duo' et 'tria'; et auctor sophismatis 'Sibi soli aliquid est idem' f. 18rB: "O. h. qu. utrum a multitudine significatorum per totum copulatum numerale sive per totum plurale numeretur praedicatum"; necnon auctor sophismatis 'Socrates videt omnem hominem praeter Platonem' f. 69rA "O. h. qu. utrum haec dictio 'bis' consignificet tempus ut numerum".

inferri 'Deus scit quicquid scivit, sed scivit te etc., ergo sc[iv]it te fuisse etc.', ut accipiat *idem tempus*<sup>1</sup> numero quod prius erat, et illud<sup>2</sup> est verum.

Ratio autem eorum qui[a] sic dicebant talis erat: Sit ita quod Socratem currere sit verum; si dicatur 'Socrates currit', haec propositio est vera pro tempore praesenti quod est in 'currit'; si postea dicam 'Socrates currit' non est eadem oratio, quia <aliud> tempus significatur numero, *idem*<sup>3</sup> autem genere. Oportet[a]t <autem> ad hoc<sup>4</sup> quod eadem sit oratio vel propositio, quod *idem* sit tempus<sup>5</sup> <numero>; oporteret <ergo> cum<sup>6</sup> istud tempus quod est in hac 'Socrates currit' sit praesens, et si dicatur post 'Socrates currit' istud praesens quod erat aliud est, <quia modo est> praeteritum et non praesens quod significatur in hac propositione 'Socrates currit' ultimo<sup>7</sup> dicta -- oporteret ergo quod istud tempus si reiteretur quod reiteretur in praeterito. Unde si dicatur 'Socrates currit modo' et istud sit verum, non debeo aliquod tempus post dicere 'Socratem currere modo est verum', quia non esset eadem propositio, sed sic dicere 'Socratem currere \fuit/ [[est]] verum', quia istud *idem tempus* quod erat ante praesens modo est praeteritum. Et hoc modo vera est '*Quod semel est verum semper est verum*'.<sup>b</sup>

Eodem modo *dicebat respondens* quod debet inferri 'scivit te fore nasciturum, ergo scit quod tu fuisti nasciturus', <et> sic istud<sup>8</sup> *idem tempus*<sup>9</sup> numero repetitur, nec<sup>10</sup> oportet dicere 'ergo scit te fore nasciturum'.

Sed contra. Dicit Aristoteles<sup>c</sup> quod una oratio et eadem numero susceptiva veritatis et falsitatis, ut haec oratio 'Socrates sedet', et vera<sup>11</sup> est si Socrates sedeat, sed si dicatur 'Socrates sedet' Socrate non sedente, illa est falsa. Ergo cum ita sit quod una oratio et eadem numero sit vera et falsa,

---

1. tempus] *vel* tempore V.

2. illud] *idem* V.

3. *idem*] i(l)lu)d V.

4. hoc] huc V.

5. tempus] *vel* tempore V.

6. cum] quod V.

7. ultimo] ultra V.

8. sic istud] set i' V.

9. tempus] *vel* tempore V.

10. nec] non V, ut videtur.

11. vera] ita V.

---

b. Haec fuit thesis Nominalium. Videas fontes ab Iwakuma & Ebbesen collectos, in *Vivario* 30 (1992).

c. Arist. Cat. 5, 4a23-26.

et eadem oratio non potest esse vera et<sup>1</sup> falsa in eodem tempore, oportet ergo quod sit falsa in uno tempore et vera in alio. Ergo si dicam 'Socrates currit' et postea dicam 'Socrates currit', oratio est eadem; ergo falsum est quod dictum fuit superius quod debet sic dicere 'scivit te fore nasciturum, ergo scit te etc.', ita debet dicere 'ergo scit etc.', et ita manifestum est ex hoc quod dicebant falsum qui<sup>2</sup> dicebant '<Quod> semel e<s>t verum etc.'

### Solutio.

Hic sunt duae opiniones.

(I) Prima opinio est quod haec est vera 'Deus scit quicquid scivit', et non valet hoc argumentum 'Deus scivit te fore nasciturum et non sciet, ergo aliqua transmutatio est in ipso', et illud manifestum est per exemplum prius positum de sole.

Hoc<sup>3</sup> id<em> potest manifestari per quoddam exemplum +syllogisticum+. Et quaeritur utrum effectus sic proveniat a Deo.

Hanc propositionem solvit <Anselmus><sup>d</sup> dicens<sup>4</sup> quod sic. Pater,<sup>5</sup> quando tendit <pomum> puero et accipiat, tunc dicitur quod dat ei pomum. Item, si puer /15vB/ retrahat manum suam et non accipiat, ipse dicit quod +cum/tamen puer quantum est de se ipso+ vel quicquid pertinet ad donationem quod potest concedi quod pater dedit pomum puero suo; aut si non conceditur, non potest negari;<sup>6</sup> sed haec potest concedi 'filius non accipit pomum', unde dicit quod haec est vera 'filius non accipit'. Tamen haec 'pater dedit' aut est vera aut non, si non vera, <tamen est verum> quod pater dedit quantum fuit ex parte sua, unde hoc casu contingente dixit Anselmus<sup>7</sup> quod haec<sup>8</sup> 'pater dedit pomum puero suo' non potest negari.<sup>9</sup> Si negatur, potest esse causa quare potest negari non <in> patre<sup>10</sup> sed in filio.

Et post hoc solvit Anselmus quaestionem de effusione gratiae dicens quod Deus quantum est de se semper infundit gratiam, sed quod<sup>11</sup> omnes

---

1. et] vel V.

2. qui] quoniam V.

3. hoc] licet V.

4. dicens] dicimus V.

5. pater] potest V.

6. negari] negare V.

7. Anselmus] anselmus V hic et infra.

8. haec] hic V.

9. negari] negare V.

10. patre] patri V.

11. quod] quia V.

---

d. Cf. Anselmi Cantuariensis De casu diaboli cap. 3, ubi de datione et acceptione agitur. Sed quae sequuntur aliunde, aut saltem non directe ex illo Anselmi opere sumpta sunt.



non habemus gratiam, hoc est quia non sumus bene parati ad recipiendum gratiam. Dicit ergo: quod non habemus gratiam, [in] hoc non est a Deo, sed a nobis. Sed cum [non] habemus gratiam, hoc non est a nobis. Et propter hoc [quod] dicit quod non sumus principium <boni>, sumus autem mali, quia cum non<sup>1</sup> sufficiat paratio ad recipiendum gratiam ad hoc<sup>2</sup> ut habeam<us> gratiam, sed oportet quod infundatur a Deo, +debet quod Deus esset+ principium boni; si<sup>3</sup> tamen non sumus parati, quod<sup>4</sup> non infundat gratiam hoc provenit a parte nostra. Propter hoc ergo quod non sumus parati +sunt si+ non infundat et non econverso +unde+ non autem audet dicere quod non infundat [quia] quantum est de infusione, unde dicit quod malum est a nobis, bonum a Deo.

Eodem modo dicendum est quod bene dicitur 'Deus scivit te etc.', cum hoc praedicatum 'te fore' sit tale praedicatum quod pertinet ad causatum et non dicat aliquid quod s[c]it in Deo, quia propter hoc<sup>5</sup> praedicatum nihil transmutatur<sup>6</sup> in Deo. Unde dicendum quod cum dicitur 'scivit te etc., et non scit etc., ergo aliqua transmutatio<sup>7</sup> est in ipso', quod non valet istud argumentum, quia illa transmutatio<sup>8</sup> non<sup>9</sup> provenit ali<qu>o modo ex parte sua sed a parte causatorum tantummodo<sup>10</sup>, et propter hoc nulla est transmutatio<sup>11</sup> a parte Dei sed solum a parte eorum, et propter hoc est vera 'Deus scit quicquid scivit'.

Sed quia adhuc non credimus quod aliqua contradictoria possi<n>t aliquo modo praedicari de Deo, [et] propter hoc dicimus quod haec est falsa 'non sciet te etc.' et haec est vera 'sciet te etc., ergo scit te fore etc.', sed non valet istud argumentum 'scit te etc., ergo tu es nas<itur>us', quia idem non +est in aliud argumentum+ 'pater dedit filio pomum, ergo filius accepit', et non valet istud argumentum 'Deus infundit +i()o dem()o po()re, ergo s(er)m()o+ effundere gratiam'; et patet solutio huius sophismatis.

(II) Alia opinio est<sup>12</sup> quod est vera simpliciter 'Deus scit etc.', <sed non sequitur 'Deus scit etc.>, sed scivit te fore etc., ergo scit te etc.', sed

---

1. cum non] tantum V.

2. hoc] haec V.

3. si] set V.

4. quod] quia V.

5. hoc] fortasse huius V.

6. transmutatur] transumitur V.

7. transmutatio] transumptio V.

8. transmutatio] transumptio V.

9. non] quae V.

10. tantummodo] tantum modum V.

11. transmutatio] transumptio V.

12. opinio est] opinione V.

debet sic solvere 'ergo scit te fuisse etc.', et bene concedendum est rationem per quam probatur opinio Nominalium, et quod illa opinio sit vera.

Ad argumentum factum in contrarium dicimus quod oratio habet duplicem compara/tionem: ad rem quam significat et ad animam sive ad species rei quae sunt in anima, quae<sup>1</sup> significantur per voces. Dico quod si consideretur oratio in quantum habet comparisonem ad species quae sunt in anima, quarum<sup>2</sup> sunt voces signa, propter hoc<sup>3</sup> dico quod eadem est oratio si dicatur 'Socrates sedet' Socrate sedente et si dicatur postea 'Socrates sedet' Socrate non sedente, et hoc<sup>4</sup> est <quia> sive res sit sive non sit, non propter hoc species quae sunt in anima mutantur, immo manent eadem, et propter hoc remanet eadem oratio. Et hoc modo intelligit Aristoteles cum dicit quod una et eadem oratio potest esse vera vel falsa. Vel potest esse quod oratio habeat comparisonem <ad rem quam significat>, et hoc modo diversificatur a parte rei, et propter hoc dicimus quod <quia> res est alia est alia si dicat 'Socrates sedet' Socrate sedente et si dicat 'Socrates sedet' Socrates non sedente, propter hoc est oratio alia et alia; et propter hoc, secundum quod oratio comparatur ad rem, si<sup>5</sup> proferatur modo 'Socrates currit'<sup>6</sup> et postea proferatur istud<sup>7</sup> idem, erit oratio alia et alia; sed si debeat iterari istud idem quod prius dictum fuit, debeat reiterari in praeterito, et hoc est quia tempus quod ante erat praesens postea est praeteritum. Unde si dicatur modo 'Socrates currit', si iteretur postea istud idem, debet dici 'Socrates cu<cu>rrit'. Et hoc modo non intelligit <Aristoteles>, sed hoc modo intelligunt<sup>8</sup> Nominales, et propter hoc verum est quod ipsi dicunt "*Id quod semel est verum semper erit verum*".

+et hiis cum dicitur in illis propositio+ patet de facili solutio ad omnia quae prius obieiebantur<sup>9</sup>.

---

1. quae] quod V.

2. quarum] quae V.

3. hoc] haec V.

4. hoc] haec V.

5. si] in V.

6. Socrates currit] forme c' V.

7. istud] idem V.

8. intelligunt] intelligentes V.

9. obieiebantur] obiciuntur V.

## &lt;38&gt; DEUS SCIT QUICQUID SCIVIT

V 40rA

Probatio. Deus scivit omnia et nullius oblitus est, ergo Deus scit quicquid scivit.

Contra. Deus scit etc., sed scivit te non esse, ergo scit te non esse; sed quicquid scitur est verum, ergo te non esse est verum, ergo tu non es.

Ad orationem istam solvunt *quidam* dicentes ipsam esse falsam, et dicunt quod haec probatio non valet 'Deus scivit omnia, et nulli<us> oblitus est, ergo Deus scit quicquid scivit'; esset enim addendum 'et non est facta immutatio circa res'; unde procedit ex insufficienti, et ita est ibi fallacia consequentis.

Et quod sit addendum istud /V 40vA/ 'et non est facta immutatio circa res' probant in hunc modum:

Veritas est subiectum scientiae, sed non existentia veritatis causatur a rei non existentia; <ergo non existentia> rei vel variatione causabitur non existentia vel variatio scientiae, et ita ad hoc quod remaneat in praesenti scientia quae fuit in praeterito exigitur quod non fiat transmutatio circa res scitas.

Aliter solvitur praesens oratio a *quibusdam*. Dicunt enim quod duplex est scientia, quaedam enim scientia causans res, et talis scientia est in Deo, quae est impermutabilis sicut ipse Deus; alia est scientia causata a rebus, et talis est in homine, et ista scientia est permutabilis iuxta rerum permutationem. Unde prima propositio est vera simpliciter<sup>1</sup> intelligendo quod hoc verbum 'scire' copulet scientiam causantem<sup>2</sup> res; si vero copulet scientiam causatam a rebus, falsa est, cum talis scientia non sit in Deo.

Volunt tamen *nonnulli* quod utraque scientia sit in Deo.

Et illi qui ponunt hanc distinctionem bene concedunt istam improbationem 'Deus scit quicquid scivit, scivit te non esse, ergo scit te non esse' loquendo de scientia Dei quae est causans res; sed ulterius non sequitur 'ergo tu non es', quia haec propositio 'quicquid scitur est verum' intelligitur solum de scientia causata a rebus.

## &lt;Problema 1&gt;

Primo quaeritur de veritate et falsitate.

<1.1> Et ostenditur multis rationibus quod sit verum.

<1.1.1> Prima ratio est talis: Dicit Augustinus "Omnia sunt praesentia apud Deum", ergo (per locum a toto) omnia scibilia tam praeterita quam futura sunt praesentia apud Deum, ergo (per locum ab aequipollenti) Deus

1. simpliciter] similiter V.

2. causantem] causatam V, ut vid.

scit omnia quae scivit et omnia quae sciet, ergo (per locum a toto) Deus scit omnia quae scivit; et sic prima est vera.

<1.1.2> Vel: Si aliud scivisset prius Deus et modo nesciret, aliquid novi esset apud Deum; sed aliquid novi non est apud Deum; ergo haec est falsa 'aliquid scivit prius et modo nescit illud'; ergo haec est vera 'Deus scit quicquid scivit'.

<1.1.3> Vel: Dicit Augustinus "Quicquid est in Deo Deus est", ergo scientia Dei est idem quod Deus; sed Deus est impermutabilis, semper manens idem, ergo et eius scientia erit impermutabilis et semper manens /e/adem; ergo Deus scit quicquid scivit.

<1.1.4> Vel: Omnis sciens s<c>it res eo modo quo est sibi possibile; sed est possibile quod Deus sciat res impermutabiliter, ergo Deus scit modo omnia quae scivit in praeterito, quia sic s<c>it impermutabiliter.

<1.1.5> Vel, ad idem: Aeterna sunt tota simul; ergo cum scientia Dei sit aeterna sicut ipse Deus, scientia Dei erit tota simul; ergo scientia Dei de praeterito et scientia Dei in praesenti est tota simul, ergo Deus scit quicquid scivit.

<1.2> Ad probandum quod sit falsa possunt adduci multae rationes.

<1.2.1> Prima est talis: In eis quae sunt simul non est natura prioris et posterioris, quare nec in scientia Dei erit natura prioris et posterioris; ergo haec propositio est falsa 'Deus scit quicquid scivit', quia denotat naturam prioris et posterioris esse in Dei scientia, naturam prioris per hoc verbum 'scivit', naturam posterioris per hoc verbum 'scit'.

<1.2.2> Vel: Dicit Aristoteles<sup>e</sup> quod perempto scibili perimitur scientia; sed ista dicta 'te non esse' 'te fore nasciturum' et multa talia non sunt modo, ergo non sciuntur ab /40vA/ aliquo, et scita fuerunt a Deo, non ergo Deus scit <quicquid scivit>.

<1.2.3> Tertia ratio ad idem: Primum non est sub aliqua differentia temporis, similiter nec eius scientia, cum sit eadem ipsi Primo; ergo oratio denotans scientiam Dei sub temporis differentia erit falsa; ergo haec est falsa 'Deus scit etc.' quia denotat Dei scientiam sub praesenti et praeterito.

<1.2.4> Quarta ratio ad idem: Te non esse vel fore nasciturum scitur a Deo, cum sit verum; similiter te fore nasciturum scitur a Deo quia scitum fuit ab ipso; ergo duo contradictoria, sc. 'te fore nasciturum' 'te non fore nasciturum' sciuntur a Deo, quod est impossibile.

---

e. Arist. Cat. 7, 7b27-28.

## &lt;Problema 2&gt;

Consequenter potest disputari circa orationem istam de ista improbatione 'Deus scit quicquid scivit, sed scivit te fore nasciturum, ergo scit te fore nasciturum'.<sup>f</sup>

<2.1.1> Potest enim solvi per interemptionem huius 'scivit te fore nasciturum', quia nihil scitum fuit a<sup>1</sup> Deo nisi verum, et illud dictum 'te fore nasciturum' est falsum.

<2.1.2> Vel, ad idem: Scivit te esse nasciturum, ergo (a dicto ad propositionem) scivit quod tu es nasciturus; hoc est falsum, ergo primum, sc. istud 'scivit te esse nasciturum'. Et quod haec sit falsa 'scivit quod tu es nasciturus' patet, quia cum sequatur 'tu es nasciturus, ergo tu non es', si haec est vera 'scivit quod tu es nasciturus' haec erit vera 'scivit quod tu non es'; hoc autem est impossibile.

<2.1.3> Vel, ad idem: Si scivit te esse nasciturum, aut scivit semper aut<sup>2</sup> non semper; si scivit semper, ergo in instanti[a] quod est et in instanti[a] quod erit et in instanti quod fuit, quod falsum est pro<sup>3</sup> instanti praesenti et futuro; si non semper, ergo aliquando scivit, aliquando non, ergo permutatio fuit in Deo. Et ita utraque via sequitur inconueniens; quare haec erit falsa 'Deus scivit te fore nasciturum'.

<2.2> Ad oppositum est una ratio, quae est talis: Omnis propositio quae<sup>4</sup> olim fuit vera de praesenti est modo vera de praeterito, sicut si haec fuit vera olim 'Socrates currit', haec modo vera 'Socrates cucurrit'; sed haec fuit olim vera 'Deus scit te esse nasciturum', ergo haec est modo vera 'Deus scivit te fore nasciturum'.

## &lt;Problema 3&gt;

Item disputari potest de hoc quod solet dici quod in iam dicta improbatione est fallacia figurae dictionis ex commutatione unius praedicamenti in aliud.

<3.1> Cum enim dicitur 'Deus scit quicquid scivit' hoc signum 'quicquid' distribuit pro rebus substantiae, et cum dicitur 'scivit te fore nasciturum' accipitur res de praedicamento qualitatis, sc. hoc quod dico 'nasciturum'.

---

1. a] de V.

2. semper aut] speravit V.

3. pro] **lectio incerta V.**

4. quae] quod V.

---

f. Cf. sophisma 10 versus initium.

<3.2.1 Contra: 'Quicquid' idem est quod 'quaecumque res', unde hoc signum 'quicquid' distribuit pro omni re; sed res est commune ad decem genera, ergo pro omnibus decem potest fieri assumptio.

<3.2.2> Vel: 'Quicquid' distribuit pro omnibus scitis a Deo, sed te fore nasciturum fuit scitum a Deo, ergo potest sumi sub.

<3.2.3> Vel: Hoc nomen 'quid' est quaesitivum de re cuiuslibet praedicamenti, ergo <cum> per suam geminationem fiat distributivum distribuet pro omnibus pro quibus erat quaesitivum, et ita pro decem praedicamentis; unde competens est assumptio.

### *Solutio*<sup>1</sup>

'Deus scit quicquid scivit etc.'. Concedo distinctionem esse bonam et propositionem esse veram.

<Ad 1.2.1> Ad primum argumentum in contrarium dico quod scientia duplicem habet comparisonem, unam ad scientem, /40vB/ <aliam ad res quae ab eo sciuntur, et non oportet in comparatione ad scientem> ut ponatur natura prioritatis vel posterioritatis; in comparatione tamen ad res quae ab eo sciuntur bene debet poni, et potest, natura prioritatis et posterioritatis, [in comparatione tamen ad res quae ab eo sciuntur bene debet poni, et potest, natura prioritatis et posterioritatis] et sic erit oratio ista vera.

<Ad 1.2.2> Ad aliud dicendum quod perempto scibili, id est re scita, perimitur scientia quae est in rebus inferioribus; sed scientia Primi non est scientia causata a rebus sed quae causat res, et ad quam non sequitur res esse, et ideo non tenet argumentum.

<Ad 1.2.3> Et ad tertium patet solutio per primum.

<Ad 1.2.4> Ad quartum dicendum quod quaedam scientia est in Primo quae est ut paradigma et exemplar, et est alia quae sequitur esse rerum; scit ergo unum<sup>2</sup> contradictoriorum scientia illa quae est paradigma, aliud vero contra<dicto>rium scit illa scientia quae sequitur esse rerum.

Ad aliud quod consequenter probatur,

<Ad 2.1.1> respondeo ad primum quod duplex est scientia, sicut dictum est. Cum ergo omnia sint in eo praesentia, eodem modo sicut scivit te nasciturum adhuc scit et sciet scientia illa quae causat res in esse, nec est ibi ponere 'fore' vel 'fuisse' vel 'esse' nisi ratione rerum scitarum.

Vel aliter dicendum quod ipse scit istud falsum esse falsum, scilicet te fore nasciturum, sicut scit verum esse verum; et sicut non sequitur 'scio

---

1. solutio] in margine V.

2. unum] bene V.

totam sacram scripturam esse veram, ergo scio totam sacram scripturam', sic non sequitur 'aliquid scit falsum esse falsum, ergo aliquid<sup>1</sup> scit<sup>2</sup> falsum'.

<Ad 2.1.2-3> Ad alia patent solutiones.

<Ad 3.2.1> Concedimus autem quod ibi non est fallacia figurae dictionis, non tamen vi argumentationis primae. Dicimus enim quod substantia multis modis dicitur; est enim aliud quod significat substantiam et dicit modum substantiae, ut quod est in praedicamento substantiae; et est aliud quod <non> significat substantiam, habet tamen modum substantiae, ut 'albedo' et 'nigredo' et similia;<sup>3</sup> et est aliud neque significans substantiam neque habens modum substantiae, ut 'album' et 'nigrum', et si tale sumatur sub 'quicquid' non valebit argumentum. Res ergo si supponat pro qualibet re cuiuslibet praedicamenti, ita quod res illa vere significet substantiam vel<sup>4</sup> habeat modum substantiae, bene potest sumi sub 'quicquid'. Verbi gratia, 'Quicquid vidisti heri, hodie vides; albedinem vidisti heri, ergo hodie vides' dicitur quod sequitur; sed si dicatur 'Quicquid etc., album vidisti heri, ergo album hodie vides' non sequitur, quia 'album' non significat substantiam neque modum substantiae, et propter hoc fit commutatio praedicamenti, quamvis res sit significata per illum terminum, et secundum hoc 'quicquid' non distribuit pro qualibet re.

<Ad 3.2.3> Ad tertium et ultimum dico quod 'quicquid' dicit essentiam infinitam, et illa essentia reperitur in quolibet praedicamento, et ideo est omnium inquisitivum, et non est necesse quod propter hoc omnium sit distributivum nisi eo modo quo prius dictum est.

---

1. aliquid ... aliquid] **an** aliquis ... aliquis **scribendum?**

2. scit] fit **V**.

3. similia] substantia **V**.

4. vel] et **V**.

**Appendix. Alphabetical list of sophismata in Vat. lat. 7678: 1-72v**

- A et B desinunt esse talia qualia ipsa sunt. 56rB-57rA  
 Ad solum Socratem esse sequitur Socratem esse. 48vB-49rB  
 Adam et Noe fuerunt duo homines. 21rA-22rA  
 Album fuit disputaturum. 55rA-55vB  
 Aliqua in eo quod conveniunt differunt. 45vA-46rB  
 Animal est pars animalis. 20rA-21rA  
 Cuiuslibet hominis asinus currit. 13vA-14rB  
 Decem praeter quinque sunt quinque. 23rB-24rA  
 Deum esse erit verum semper quicquid contingat. 19rB- 20rA  
 Deus scit quicquid scivit. 15rB-16rA  
 Deus scit quicquid scivit. 40rA-40vB  
 Duo patres et duo filii sunt tria. 32rB-33vA  
 Impossibile est aliud quam asinum genuisse te. 27rA-27vB  
 Impossibile est te scire plura quam scis. 26vA-27rA  
 Impossibile potest esse verum. 39rB-40rA  
 Impossibile potest esse verum. 65vB-67vB  
 Infinita sunt finita. 11rA-12vA  
 Maior maiore Marco erit Marcus. 14rB-15rB  
 Nihil est verum nisi in hoc instanti. 31rA-32rA  
 Nihil et chimaera sunt fratres. 29rA-30rA  
 Nullum enuntiabile est verum nisi in hoc instanti. 24rA-25rB  
 Nullum est tempus est praeter hoc tempus est. 12vA-13vA  
 Nullus homo nullum animal est. 34vA-36rA  
 Omne coloratum est. 67vB-68vB  
 Omne non animal quod et Socrates sunt duo non est Socrates. 50rA-50vB  
 Omni homine excepto quilibet homo videt illum. 65rA-65vB  
 Omnis anima necessario est iusta. 43rA-43vB  
 Omnis homo de necessitate est animal. 45rA-45vA  
 Omnis homo est animal et econverso. 54vA-54vB  
 Omnis homo est omnis homo. 38vA-39rB  
 Omnis homo moritur quando unus solus moritur. 25rB-25vB  
 Omnis homo vel asinus est homo. 72rA-72vB  
 Omnis phoenix est. 2rA-4vA  
 Omnis propositio vel eius contradictoria est vera. 41vA-42rA  
 Possibile est Socratem videre tantum omnem hominem videntem se.  
     1rA-2rA  
 Quanto aliquid maius est tanto minus videtur. 28vA-29rA  
 Quanto magis addiscis, tanto minus scis. 27vB-28vA



Quicquid auditur a Platone profertur a Socrate. 71rA-72rA  
 Quicquid est hic intus est animal. 62rB-63vA  
 Quidlibet est quilibet excepto quolibet praeter illud. 40vB-41vA  
 Quilibet homo currit. 16rA-17rA  
 Quotiescumque fuisti sedens fuisti homo. 46rB-47rA  
 Si Socrates de necessitate est mortalis, Socrates de necessitate est  
 immortalis. 8vB-11r  
 Si aliquid nec est nec erit et est et erit, tu es capra. 53vB-54vA  
 Si nihil est, aliquid est. 55vB-56rB  
 Si nullum tempus est, aliquod tempus est. 47rA-47vB  
 Si tantum pater est, non tantum pater est. 4vA-6vB  
 Si tu es ubique, tu non es ubique. 37rA-37vA  
 Sibi soli aliquid est idem. 18rA-19rB  
 Sicut se habet A ad B ita C ad D. 52rA-52vA  
 Socrates bis vidit omnem hominem praeter Platonem. 42vA-43rA  
 Socrates bis vidit omnem hominem praeter Platonem. 68vB-70rA  
 Socrates desinit esse albissimus hominum. 57vA-57vB  
 Socrates desinit esse non desinendo esse. 17rA-18rA  
 Socrates desinit esse non desinendo esse. 57rB-57vA  
 Socrates desinit esse non desinendo esse. 59rA-60vA  
 Socrates desinit esse non desinendo esse. 63vA-65rA  
 Socrates dicit verum si solus Plato loquitur. 49rA-50rA  
 Socrates incipit esse alter istorum. 57vB-58rB  
 Sola necessaria necessario sunt vera. 6vB-8vB  
 Solis tribus sola duo sunt pauciora. 47vB-48vB  
 Solus Marcus est idem Tullio. 61rA-62rB  
 Solus Socrates et duo sunt tria. 52vA-53rA  
 Solus Socrates scit septem artes. 26rA-26rB  
 Tantum chimaera est non ens. 30rA-31rA  
 Tantum unum est. 36rB-36vB  
 Totus Socrates est minor Socrate. 43vB-44vB  
 Tu non potes vere negare te non esse asinum. 50vB-52rA  
 Tu scis an de mentiente sit falsum Socratem esse illum. 34rA-34vA  
 Tu scis an de mentiente sit falsum Socratem esse istum. 33vA-34rA  
 Tu scis an omnis homo sit Socrates an differat a Socrate. 22rA-23rB  
 Tu scis causam qua non es homo. 44vA-45rA  
 Tu scis causam qua non es homo. 70rA-71rA  
 Utrumque istorum est verum si tantum alterum est falsum. 53rA-53vB  
 Utrumque oculum non habendo tu potes videre. 37vA-38vA  
 Verum est falsum si Antichristus est. 42rA-42vA

